



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

XXVII. De voluntate virginis vel patris in coniugio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

## X X V.

Audi decreta Synodi super istis: Frater torum defuncti fratris non ascendat, Domino dicente:

*Ephes. 5.* Erunt duo in carne una, ergo vxor fratris tui soror tua est.

## X X V I.

*1. Cor. 6.* Audi Dominum dicentem: *Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur.* Item adultera lapidetur, id est, huic vitio moriatur, vt desinat crescere, quæ non desinit mœchari. Item *si adulterata fuerit mulier, numquid reuertitur ad virum suum priorem:* Item *non licet viro dimittere uxorem, nisi ob causam fornicationis,* ac si dicat ob hanc causam, vnde si ducat alteram velut post mortem prioris non vetant.

## X X V I I.

*Ephes. 5.* Quod vult pater, faciat virgo, quia caput mulieris vir. Sed requirenda est a patre voluntas virginis, dum Deus reliquit hominē in manu consilii sui.

## X X V I I I.

Eadem ratione obseruanda sunt prima vota & prima coniugia, aut secundis prima non sint irrita, nisi fuerint adulterata.

## X X I X.

Intelligite quid lex loquitur, non minus nec plus: quod autem obseruatur apud nos, vt quatuor genera diuidantur, nec vidisse dicunt, nec legisse.

## X X X.

Numquam .: vetitus licet verum obseruanda sunt leges iubilæi, hoc est quinquaginta anni, vt non affirmentur incerta .: vicerato temporis, & ideo .: omnia negotia subscriptione Romanorum confirmanda est.